

DISSERTATIO ACADEMICA

DE

PLAGIS ÆGYP TIACIS

*Exod. VII - XII.*

CUJUS

PARTEM PRIMAM,

DE

TRANS MUTATIONE AQUARUM ÆGYPTI IN

SANGUINEM

CONS. AMPL. FACULT. PHILOS. ABOENS.

PRÆSIDE

*Mag. JOHANNE BONSDORFF,*

*Lingg. Orient. & Gr. Prof. Reg. & Ord.*

PRO GRADU,

PUBLICO EXAMINI MODESTE OFFERT

*ARON WENELL*

*Wiburgensis.*

In Aud. prope Arch. die xxxi Maii MDCCCIX.

H. A. M. S.

---

ABOÆ, Typis FRENCKELLIANIS.

*"Das ist der Nutzen der Hypothesen immer, dass sie zwar nicht die terra incognita sind, die wir suchen oder suchen sollten; dass sie aber das Schiff oft sind, auf dem wir dahin gelangen."*

HENSLER.



*"Quis unquam ab Historico fidem exegit? Hoc  
habet vitium misera mortalitas, ut veris falsa  
multa interdum miscantur."*

SENECA.

**S**i verum est quod vulgo tenemus, Orbis & Incolarum ejus cognitionem & historiam, multis non minibus, maximi esse momenti & ponderis, nullamque existere, vel regionem, cuius accuratior descrip<sup>tio</sup> permultum non intersit Cosmographi, vel Gentem, cuius mores & instituta cognoscere non deceat Philosophum; alteram vero terræ plagam, ut physice, ita etiam historice, præ altera esse memorabilem: negari certe non poterit, omnium fere tractuum orbis habitati, sic dictum Orientem, maximam semper tauri dignitatem. Ut enim taceamus, non modo humani generis & culturæ omnis incunabula ex Oriente repetere velle Historicos, verum etiam pleraque, quibus regimur aut irretiti sumus, opinionum commenta, in Oriente, vera omnis superstitionis patria,

A


tria, nata esse & efficta; fabulasque, quas egerunt Majores, feris Nepotibus sacras semper esse & venerabiles: ipsa Religionum positivarum, quas in Orbe etiamnum dominari novimus, quasque omnes matris instar fœcundissimæ genuit & fovit Oriens, satis superque testatur origo, celebriorem & nobiliorem *Oriente vix ullum esse terræ nostræ angulum.* Si vero, quantum Judaicæ & quæ eidem subnata est Christianæ Religionis Oraculis e penitiori Orientis cognitione lucis accedat, perpenderimus: clarius adhuc patebit, Orientem summa, Sacerorum Bibliorum præcipue Interpretis, attentione esse dignissimum. Observasse nempe non pœnitet, veram & genuinam lucernam, cuius face præferente, tenebræ Geographiam, Physicam, Archæologiam & Philologiam Sacram adhuc involventes dispellantur, ex Oriente esse petendam, mirabilemque & multorum adeo, ut dicere pudeat, oculos fallentem fascinantemque, quo Sacra saepius illita est Historia, fucum, prout soli cœlique, quod spectant narrationes Biblicæ, natura, orientalisque genius & narrandi spiritus melius innotuerit, dignoscere subtusque latentem veritatem historicam eruere valere Interpretem.

Quod quidem cum nobis quoque Historiam Mosaicam *De Plagis Ægyptiacis* Exod. VII - XII. percurrentibus, animadvertere licuit; omnem fortassis operam & oleum perditum non ibimus, si, quæ ex Itinerariis Orientalibus ad sacram hancce pericopam illu-

confertur

Evolventi Disposito Tuam lectione ~~quod exum factum dicitur;~~ <sup>jam in p. 1. p. 1. offerit qui non omnes quiscent</sup> affey  
~~negare~~ hanc Seneca: Quis sit . . . ? Quod quidem dictum licet a posteriori-  
bus declaretur & mitigetur verbis; eo minus tamen propter cunctum videt-  
ur, quo sit factus vestitus. De Claris auctor, in toto disputatione id omni-  
e gerere studio, ut Scriptoris antiquissimi fidem: atque auctoritatem,  
qua per tot secula sancta ferunt ad nostra fere tempora mansit,  
omnino infringat, sallagin multo esse contendas, quia ab eis relata le-  
gimus. Sed redeamus eo, unde ortum suum noster dicit per nos. Postulationes  
~~quidem~~ primum ab Historico ut dexteritate, ut vacatio, gaudet, & decine-  
de pinceritate. Sequitur jam tunc fidem ab illo esse exigendam, qui Histori-  
ci fidei nomine dignus affirmatur. Negat igitur tunc probanda, nec of-  
taquam vera afferenda fuerunt senectus verba. Applicemus jam quid  
dicta sunt ad rem praesentem! Per fidem Mosis, utrum unius & huius  
evi rerum scriptori, omnem eripimus? Annon <sup>non nisi</sup> ei magis foret  
credendum, quam aliis, qui deinde ~~conjecturis~~ indulgentis omnia  
melius facere atque declarare prospere volunt?

\* Induit igitur salvator sanctissimam Abraham cum sisito illo anno cognoscen-  
tium & sic quidem, ut hinc fidem Mosis tribuit. Dixit vero et Abraham  
(Luc. 16: 29.) dixit illo anno, qui post mortem tantum verabatur crucia-  
libus, & qui postulavit ut Lazarus ad fratres ejus & hortostarum mit-  
deret; Habent mensem & Prophetas, eos audiunt.



illustrandam colligere datum fuit, momenta, Specimine hocce Academicō, aliorum subjecerimus examini: qua fieri poterit brevitate demonstraturi, plaga, quibus olim, Israēlitis e terra servitutis commigraturis, vexabantur Ægyptii, neque hodie in Ægypto esse inauditas, sed sponte naturæ, *eadem*, qua in textu sacro recensentur, *serie*, vertente anno statis temporibus recurrere; adeoque nebulam (ut ajunt) pro Junone amplecti Interpretes, qui thaumaturgico narrationis Mosaicæ habitu decepti, mala hæcce ad extraordinarium Divinæ omnipotentiæ influxum referendo, miracula accumulant miraculis.

Versabimur autem in hoc opere ita, ut singulis paragraphis, quæ dictis opponi solent, aut opponi omnino posse suspicamur, ingenue diligenterque indicemus & resolvamus dubia. --- Judicent vero Lectores, jurene, an injuria, quis nobis objiciat JAMBLLI-CHI illud: *το παλαιον φυσικωτερον* (°).

A 2

§. I.

\*) Veremur equidem (neque illud sine causa!), interpretationem nostram ægre laturos quotquot sunt, qui mythis & ostentis delectantur litteramque Scripturæ serviliter premere amant; sed revocent sibi, quælumus, in memoriam, non modo primum illud a Mose, quo suæ de Israēlitis dimittendis transactioni pondus adderet, coram Pharaone patratum (sic dictum) miraculum, conversionem puta baculi in serpentem (*Exod. VII: 10 seqq.*), a Sapientibus & rerum arcanarum, quos Pharao ad veritatem

## §. L

Mosen, de Pharaonis cæterorumque, qui vitæ ejus insidiati erant, morte certiore factum, dies notesque,

miraculi Mosaici investigandam advocaset, peritis five *ἰερογέαμματεύς* (מִזְרָחֵךְ), felici, juxta litteram ipsius textus, successu imitatum fuisse, sed & cæterorum, quibus Moses inclaruisse perhibetur, miraculorum γνωστην, facultate laudatorum *ἰερογέαμματεών* aquam in sanguinem commutandi & ranas producendi (*Exod. VII: 22.* VIII: 3.), mirum in modum labefactari: neque frustra forsitan mitiorem periculi hujus philologici exspectabimus censuram. Quamvis enim bonus AUGUSTINUS, cuius auctoritatem adhuc oraculi instar sequuntur nostratium multi, veritatem miraculorum Mosaicorum defensitatus, pluribus verbis (in *Quæstionum Libris* & alibi) ostendere animatur, Sapientes Ægyptiorum, patrata ab Aharone miracula, ope *Diaboli* aut malorum geniorum, *δαιμονιάτρων* instar æmulatos fuisse; pace tamen Sectatorum Viri in orbe Christiano celeberrimi observare licebit, per se ridiculum esse hocce interpretamentum. Præterquam enim quod cuique textum sacrum legenti planum est, Thaumaturgos Ægyptios (αρχαὶ & αρχῆν, ex traditione, five vera, five ficta, expresse nominant Paulus II *Tim. III: 8*, Paraphraſtæ Chaldæi, Talmud Babyl. & Gemara), imitatione miraculorum Mosaicorum, dignitatem eorundem voluisse infringere; omniaque ad naturæ & artis συνεγγένεια referre; Pharaonem vero, si Thaumaturgiā Molaicam suspectam non habuisset, præstigiatores hosce vix ac ne vix quidem potuisse advocate, nedium tanta pertinacia petitioni Israëlitarum, nisi de factorum causis naturalibus edoctus & persvaluſus fuisse, resistere: Ve-



Hic melius adhuc in contrarium disferre profanis partem. Magis enim  
est veri finit, Pharaonem gentem Israeliticam non omnino denigrare, no-  
si de supernaturali l. Divisa modo missione sapientia superius fuerit  
eritis. Tuit vero & ipse & profligatores ejus tam leue rebus magici  
eruditus ac Moses. Unde enim hic, qui in Egipto educatus fuit, ma-  
jorem, quam alii Regum Aegyptiaci profligatis & magici, sibi acquisivit  
doctrinam rerum arcanorum scientiam? <sup>et</sup> ~~et~~



ctesque, quomodo grave illud popularibus suis impositum jugum excuteret, mente sua volutasse, tandemque, scrupulis, qui animum ejus pupnigerant, feliciter avulsis, novum Regem, adjuncto sibi fratre Aharone, adeundi & cum Ipso de Israëlitis ex Ægypto dimittendis transigendi cepisse consilium, satis docent Exodi Capita III & IV (a), modo nucleus a putamine discernere voluerit Interpres. Sistunt ergo se Pharaoni, & ut trium dierum, ad festum in deserto cele-

terum & recentiorum abunde loquantur testimonia, Ori-  
entales populos in genere, artibus præstigiatoriis, Magi-  
cis & Thaumaturgicis, omni ævo, maxime fuisse deditos  
& in fidem exercitatos, adeoque si vel modus, quo su-  
am thaumaturgiam exerceuerint Sapientes eoram Pharaone  
prodeuntes, accurate satis explicari & definiri non pos-  
set, nullam tamen adesse causam, cur sive Deo, sive  
Diabolo auctori, eorum tribuanus præstigia. Cfr. *Exod.*  
*XXII: 17. Deut. XVIII: 10. II Chron. XXXIII: 6. Jer.*  
*XXVII: 9. Dan. II: 2. &c.* SHAW *obseru. phys. Sc. T. I.*  
*p. 396.* NIEBUHR *Beschr. von Arab.* p. 121-129. HASSEL-  
QUIST *Resa till Het. Landet* p. 68. — Ubi autem ταῦ λεγο-  
γεαμματεῶν thaumaturgiam ad επαγγυματα τεχνης μαγ-  
ης ut *Auctor Libri Sapientiae C. XVII: 7.* se exprimit,  
retuleris, neceimus fane, quomodo Mosaicam illam, cuius  
præstantiam ne ipse quidem vindicaverat Moses, e puri-  
ori derivare poteris fonte.

(a) Horum Capitum seriem & quid in recessu habeant, acute expieat auctor libelli: *Erläär. der sämtl. wundergesch. des Alten Test. I. Th.* p. 159 seqq.

celebrandum, iter Israëlitis concedat, Jovæ nomine, in prima congresione (*Exod V.*), imperterriti urgent: rati, se pia hac fraude Principem huncce delufuros. Quum vero, quid sibi vellet ejusmodi iter, facile intelligeret Pharao (Israëlitas sc. sub hoc quidem prætextu ex Ægypto plane emigraturos), Jovamque, a quo se mislos perhibuerunt, minime agnosceret, non modo assensum ipsis non praebuit, verum quoque, ut durius, quam antea, tractarentur Israëlitæ, imperavit. Aggrediuntur itaque, popularium suorum miseria & querelis concitati, Pharaonem denuo (*Exod. VI. VII.*), &, quo fidem legationi suæ facerent (b), baculum Mosis in serpentem commutat Ahaaron. Sed parvi adeo pependit miraculum Pharao (c),

ut

- b) Quanta fuerit *signorum* (Hebr. סְנִירָה) apud Hebræos & Judæos auctoritas, innumera V. & N. Test. loca testantur. Mosen igitur in arte thaumaturgica Divinæ suæ missioni quæsivisse præsidium, non magis mirandum est, quam quod Judæi, Divinam Christi auctoritatem expertri, σημεῖα (in primis τὰ αὐτὸν τοῦ εὐχαριστίου *Marc. VIII: ii. collato Math. XVI: 1.*) ab Ipso exegerint; brevisima namque & facillima ad auram popularem via priscis temporibus erat, famam portentosis extendere faciis.
- c) In arte serpentes incantandi cum celebres adeo fuerint (quemadmodum & hodie sunt) Ægyptii, ut vel viperas maxime venenatas manibus pro luctu tractare & coercere potuerint, plurimique (quod MICHAËLIS quoque in notis ad Exodum observat) existant serpentes, qui, ubi protensi sunt nec sese commovent, manu complexi, ba-

N*o*<sup>o</sup>

Meraculum. Moys, baculum in serpentem convertentis, desponsans, rem  
non minoribus inscriptis se praevarior difficiuntibus, quam si  
concessisset, divina quadam si ~~coram~~ editum est. Laudatum miraque-  
lum. Semper nunc in dubio manebit, an & quonodo serpentes &  
reperi, ita omnino naturam suam naturae metare protuerint, ut  
baculi inter gestantur. Multa quidem narrantur & de Egyptiis  
serpentum inventariis ut etiam <sup>de aliis</sup> gentilium, qui haec in arte  
professantes fuerint. Videntur tamen fabulosae non omnes haec nar-  
rationes, ita ut rite magis quam fide digna videantur. Si vel  
confidamus fieri posuisse, ut serpentem, baculi inter, gestari pro-  
posse, fonsque tamen videtur incredibile & Pharaonem & Propheta-  
giatores ejus tantum in modum fuisse vaegos atq; stupidos, ut  
habet non siveulent non fraudem tantum esse miraculum quod  
retinavit moys. Si jam haec de re perspici fuit Pharaos, que-

omnino opus preclium dicit invito miraculum etc.  
Neque fas est videtur tam omnino pro libetis verbis mutare, ut voga-  
bus <sup>and</sup> dicatus significasti non nisi sonatum degubitione. Oratum  
dicit hoc vobis & Syriae l. Caldaica lingua, ubi eliam signifi-  
cat ipsum autem non vero solum sonatum etc etc.

ut tum quoque (quod et ipse Moses, ut e Cap. IV. patet, veritus) pertinaci animo petitionem eorum abnueret.

culi præbeant speciem (immo anguem fragilem Linn., quoties irritatus futerit aut timore correptus, musculos suos contrahere rigoremque admittere arboris, præter alios Historiæ naturalis Scriptores commemorat LA CEPEDE *Hist. Nat. des Serpens T. IV. p. 255. seqq.*): hanc quidem temere conjecteris, non tantum Sapientes Ægyptiorum, serpentes *naturales*, quorum Ægyptus uberrima est (testante id præter recentiores, AMMIANO MARCELLINO *Rer. Gestar. L. XXII. C. 38*), manu preliensos coram Pharaone projecisse, sed & ipsum Mosen, utpote *omni Ægyptiorum sapientia eruditum, potentemque re atque verbis* (*A&T. VII: 21 22.*), pari modo suum, fratre Aharone administro, edidisse ejusdem farinæ miraculum. Licet namque vulgo urgeant Interpretes, baculum s. serpentem Aharonis τὸν ἱερογεαμματεών serpentes, juxta textum facrum *Exod. VII: 12* deglutisse, eoque ipso Divinam miraculi Mosaici auctoritatem optime vindicari: in eam tamen facile adducimur opinionem, verbum שָׁבֵן, ut sexcenta alia verba Hebræorum activa, non tam de ipso *actu*, quam potius de voluntate s. conatu *devorandi* explandum esse, baculumque s. serpentem, quem e Midianite s. Arabia (Serpentum aequæ ac Ægyptus fœcundissima secundum SHAW I. e. præf. p. XII.) attulerat Moses (*Exod. IV: 17*), aut quia magnitudine præcelluerit, aut quia mordacior fuerit, serpentes Ægyptios facili negotio in adjacentia *prostigare* potuisse latibula, sive Pharaonem, si suorum revera devoratos adspexisset serpentes, mirabile adeo contemnere potuisse spectaculum. Cfrr. *Deut. XVIII: 11. Ps. LVIII: 5. Eccles. X: 10. PLINIUS Hist. Nat. L. VII: C. II. & passim ubi de Psyllis, fer-*

nueret. ... Tantum tamen absuit, ut Moses animo suo caderet, aut suum Israëlitas ex Ægypto educendi desereret propositum, ut potius ipsum Jovam, naturæ miraculorum auctorem potentissimum, pro re sua pugnaturum efficacioraque contumaciam Pharaonis frangendi jamjam adhibiturum consideret remedia.

**N**overat scilicet inclitus Israëlitarum, utpote in Ægypto natus & educatus, dux, annuam, quæ protinus jam instaret, fluminis Nili inundationem, incolis ob virtutem suam agros fœcundandi gratam licet & beneficam, multorum tamen se invicem excipientium malorum & incommodorum perennem esse featuriginem, aërisque & cœli Ægyptiaci naturam plurima quoque civibus maxime molesta & statjs temporibus ingruentia phænomena, imo nefandam pestilentiam, procreare & gignere; indeque in eam facile adducet batur spem, aduersarium suum plagis istis divinitus quasi

---

pentum incantatoribus, sermo: ÆLIANUS *Hist. Animal.* L. VII: C. XXXIII. LUDOLFF *Comment. in Hist. Æthiop.* p. 137, 138. HASSELQUIST l. c. & p. 315. MAILLET *Descript. de l' Egypte* T. II. p. 131. SAVARY *Zufland des Alten und Neuen Äg.* I. Th. p. 48. BOECHART *Hieroz.* P. II. L. III. C. VI. THEVENOT *voyages au Levant* P. I. L. II. C. 73. — Imo apud Sinas existere præstigiatores, qui artis virgas in serpentes commutandi peritiam venditent, observat HUETIUS *Quæst. Alnet.* p. 195. Narrat quoque NONNUS *Dianisæc.* L. XLV., virgam Bacchæ cuiusdam humi abjectam, repulisse more serpentis. Quis vero credat?

Non videtur credibile, mosen nulla alia re impellente, nisi ipse  
Pharaonem repellendi adiunctione esse, ut tantum ad credidetur opus.  
Sicut enim Pharaon optime nota fuit hanc facinomess, quod  
Nisi + avidere inundante Nilo solebant etc.

Videris Jane heis plene oblitum fuisse illud Pharaonem & magos adhuc  
Prestigiatory ejus, ut ipso & in Aegypto nativis educatione omnius  
omnes res, quae inundante Nilo accidere solebant, tam bene nassere  
& protinus se & debuisse, ut etiam ipse moses. Quis animis remissis in-  
gubebant omnia illa mala, qua ex inundatione humeris oris sole-  
bant: quonodo tum credere possumus Pharaonem omnia illa re-  
ficiuisse? Cur ille, qui agit ac moses in rebus magis instructus  
fuit, ~~accusat~~ credit mosen divina adipitus in rebus perfectus, quia  
Tamen ad naturam ovicoyeras referendo erant?

Collatis qibz 114 & 3. non possillimum videtur, Pharaon qui  
necum & autem proposito & tamen credidit mosen dicitur  
ipse misericordia, sic in falso propagandato nec vero  
cetera sua praeceps credidit etc.



quasi irrumpentibus propediem tactum & attonitum;  
aut ad morem sibi gerendum coactum fore, aut o-  
mnino Israëlitas, Jova sic quidem causam eorum velut  
agente, in publica oppressorum suorum consternatio-  
ne, occasionem citius vel serius elabendi nocturos com-  
modissimam. --- Summa igitur arrectus spe, ad sanio-  
rem mentem redditum & veritatem Divinæ suæ mis-  
sionis agnitus Pharaonem, si in plagis impendenti-  
bus attentionem ejus figeret, Regem huncce, ad ripam  
fluminis, quo quidem illum tum temporis, aquarum  
incrementa observandi gratia, mane quotidie egres-  
surum sciret (*d*), convenit, ipsique, aquas Ægypti

B rubo-

*Concordi*

*d*) Statuit *Paraphrastes Hierosol.*, Pharaonem, ad *refrigera-*  
*randum se juxta aquas*, exiisse; alii vero, sive *flumen in-*  
*vocandi*, sive *sacrificandi*, sive *ambulandi gratia*, Regem  
huncce ad Nili fluenta egressum fuisse conjiciunt. Sed  
multo probabilior est *Jonathanis explicatio*, Pharaonem,  
ad *observandum Divinationes juxta aquas*, ripam fluminis  
adiisse. Confirmant nempe conjecturam, quæ mox ad  
Nilum acciderant phænomena, quodque *ABENEsRA*,  
Regem Ægypti, usque ad sua tempora, mensibus inunda-  
tionis Nili *Tamus* (i. e. Junio) & *Ab* (i. e. Julio), ad  
fluvium, incrementa ejus observandi gratia, exire solitum  
fuisse, commemoror. — *Potuit* itaque Moles, sine spe-  
ciali Dei institutione, Pharaonem mane ad ripas Nili exi-  
turum, cognoscere, Ipsique se obviam sistere; sed, quem-  
admodum canse placuit antiquitati, cuncta, quæ mente  
agitarent & decernerent, ad Deum immediate ordinan-  
tem, disponentem & impellentem referre; ita hic quoque  
(*Exod. VII: 15.*) & *in* tota de plagis Ægyptiacis perico-

ruborem sangvinis (*e*) mox sibi indueturas, tantumque fluminis foetorem, ut omnes aquam ejus bibere fastidirent, oriturum esse, spiritu, qui neque eum fellit, significat propheticō. Nihil vero aliud, quam vulgare, in annua Nili inundatione hodie quoque conspicendum, naturae spectaculum, facti hujus thaumaturgici historiam respicere, cuique, quae de natura celeberrimi fluminis referunt peregrinatores, consuēti, intellectu erit facillimum. Docentibus namque, qui Ægyptum inviserunt, peregrinatoribus, aquam, alias ad potandum dulcissimam (*f*), Niloti-

cam,,

pa, Jovam loquentem & imperantem, immo mentem Pharaonis obfirmandem, introduci, mirum videbitur nemini.

+ *e*) Vocabulum סְרִבָּה Exod. VII: 17. non de *sangvine* propriific dicto, sed de *rubore*, colorem sangvinis referente, explicandum esse, vel ex eo, quod recentioris quoque ætatis Ægyptii aquam Nili, teste SANDYS (*Travels &c.* p. 78. Edit. VII: a), in *sangvinem* transmutari dicitent, evincitur. Lingvæ autem genio minime repugnantem esse hanc explicationem, ex ipsa *rubendi* notione radicis סְרִבָּה (unde & סְרִבָּה Gen. XLIX: u. Deut. XXXII: 14. de *vino* occurrit), in primis vero e Joëlis C. III: v. 4. ubi lunæ in *sangvinem* *conversione*, rubicunda ejus in eclipsi facies innuitur, dilucide patet.

*f)* Cfr. ROSENMÜLLER *Schol. ad Exod. VII: 18.* FABER *Beobacht. über den Orient* P. II. p. 310. seqq. & ÖDMANN: *Saml. utur Naturk.* P. I. p. 13-17.

cam, anniversaria mense Junii (g) irruente diluvie,  
non tantum colorem rubicundum admittere (h), sed

B 2

&amp;

g) In tempore inundationis annuae Nili definiendo discipi-  
pant parumper inter se peregrinatores. Patet tamen e  
fidelissimis inter se collatis Itinerariis, inundationem hanc-  
ce, non certo quodam die quotannis, ut inepte multi  
prætendunt (ex. gr. MONCONY *voyages p. 159. coll. 197.*)  
NEITSCHITZ (*Siebenj. Weltbesch. p. 166.*) TROILO (*Orient.  
Reisebeschr. p. 485.*) ALPINUS (*De medit. Ægyptiorum p.  
12.*) & SICCARD In *Nouvelles memoires de Missions de la  
compagnie de Jésus dans le Levant T. VII: p. 118.*), sed  
varie pro varietate annorum, sensim atque sensim, prout  
assidui magnique, qui in Abyssinia (unde Nilum origi-  
nem suam trahere novimus) mensibus Maji, Junii & Ju-  
lii furere solent, ambres, prius vel ferius irruperint, in-  
cidere; mense vero Augusti, summam plerunque attin-  
gere altitudinem, nec nisi mense Octobris, aut demum  
initio Novembris, intra solitas ripas Nilum vulgo sese  
recipere. Cfr. SHAW *observations Phys. & Geogr. T. II.  
p. 172-192.*, in primis tabulae incrementi Nihaci p. 177-180.  
LARREY *Relat. Histor. & Chir. de l' Expedit. de l' armée  
D'Orient en Egypte & en Syrie p. 419.* WANSLEBEN *Beschr.  
v. Æg. (in PAULUS Saml. Oriental. Reisebeschr. T. III.  
p. 22.)*, EJUSD. *Neue Beschr. einer Reise nach Æg. (ibid.  
p. 164. seqq.)* POCOCKE *Beschr. des Morgenl. T. I. p. 51  
seqq.* THEVENOT *Voyages au Levant P. I. L. II. C. XXII.  
EABER l. c. p. 117. seqq.* ÖDMANN *l. c. p. 89. seqq.*

M/1.17

h) Unde colorem rubicundum, irrumpe & pergente in-  
undatione, mutuetur aqua Nilotica, definire non aude-  
mus, aliis e limi, quem ex Æthiopia secum ducat fluvi-  
us, natura, aliis aliunde ruborem illum repetentibus; de

& turbidam, putidam, & maleficam adeo fieri, ut, nisi arte eidem mederi scirent incolæ, in summas se se, qua potum, redactos viderent angustias (i): nulla idonea

---

annua vero ipsius phænomeni existentia nemo quidem dubitet. Cfr. POCOCKE l. c. p. 511. 512. MAILLET l. c. p. 71. WANSLEBEN *Neue Beschr.* l. c. p. 164. SHAW l. c. p. 315. ÖDMANN l. c. p. 121. 122. coll. apend. p. 19. & præf. P. II:æ. — Sed neque Nili solum proprias est rubor illico irrumpens. Narrant namque LUCIANUS (initio Libri de *Syria Dea*), LA ROQUE (*voyage de Syrie & du Mont Liban* p. 225.), atque MAUNDRELL (*Reise von Aleppo nach Jerusalem* p. 46.), fluvium Adoniudem in Syria, certo anni tempore, fibi quoque colorem adseiscere sangvineum; idemque de lacu Babylonis affirmant PLINIUS *Hist. Nat. L. XXXI. C. V.* & ATHENÆUS *Deipnosoph. L. II. C. V.*

- V. 3. 51.
- i) Nullam potui idoneam aquam, præter Niloticam, in Ægypto existere, jam suo ævo testati sunt JOSEPHUS (*Antiquit. L. II. C. XIV.* p. 108. Edit. HAVERC.), PLINIUS (*Hist. Nat. L. IV: C. I. It. L. VI: C. XXIX.*) & HELODORUS (*Hist. Æthiop. L. II.*); idemque perhibent recentiores, quos inter MAILLET l. c. T. I. p. 20. his utitur verbis: "Quand je vante si fort l' eau de l' Egypte, il est bon d' observer, que je parle uniquement de l' eau du Nil, puisque c' est la seule en effet qui soit potable. L' eau des puits y est detestable & tres-mal-faine; les fontaines y sont si rares, que c' est une espace de prodige d' y en rencontrer quelqu' une dans toute son etendue; & a l' egard de l' eau de pluye, il seroit impossible d' y en conserver, puisque il n' y pleut presque jamais." — Crescente vero Nilo, aquam ejus ita corruptam esse, ut di-

idonea adesse videtur causa dubitandi, quin idem, ex signis prognosticis a Mose prævatum prædictumque (k), *Exod. VII: 17. seqq.* alludatur phænomenon.

### Varia

arrhoeam, bubones & scabiem, bibentes sibi contrahant, autores nobis sunt POCOCKE l. c. T. I. p. 312. WANSLEBEN *Neue Beschr.* l. c. p. 170. & VOLNEY l. c. T. I. p. 146. Solent itaque Ægyptii aquam Niloticam, quamdiu turbida fuerit, aut percolatione (de qua quidem operatione vid. BRUYN *Voyage au Levant* T. II. p. 105, & THEVENOT l. c. P. I. p. 245. 260.), aut etiam massa amygdalina vasis, quibus ad usus domesticos vulgo excipitur, intus alita (de quo artificio cfr. SHAW l. c. p. 355. POCOCKE l. c. T. I. p. 312. VOLNEY l. c. T. I. p. 11. not. 2. & WANSLEBEN *Beschr. v. Æg.* l. c. p. 24.), clamam atque potabilem reddere. Sed num antiquitus adhibita fuerint hæc artificia, de eo quidem, quicquid dicant HARMAR l. c. vers. Germ. FABERI p. 317. & ROSENMÜLLER Schol. ad Exod. VII: 19., vehementer dubitamus. Quin potius e *com. 24. Exod. VII.* conjicere licet, pri-  
fcis temporibus, nonnisi circa flumen fodiendo i. e. no-  
vos puteos effodiendo, inundationis tempore aquam po-  
tabilem incolas sibi comparasse; etenim & hodie, aqua  
Nilotica limosa existente, potum sibi e cisternis (aqua in-  
undante superioris anni repletis) referente POCOCKE l. c.  
hauriunt.

- k)** Observat WANSLEBEN *Neue Beschr.* l. c. p. 164., aquam Niloticam, inde ab incrementi & cum eo conjunctæ cor-  
ruptionis initio, magis magisque viridem, tandemque,  
viriditate evanescente, rubidam atque turbidam evadere;  
indeque, & ex iis quæ MAILLET l. c. T. I. p. 71. PO-  
COCKE l. c. T. I. p. 311, 312. SAVARY *Zustand des Al-*

Varia quidem & diversa in contrariam partem proferunt miraculorum Mosaicorum patroni argumenta

---

*ten und Neuen Ägyptens T. III. p. 135. & (BINOS) Reise durch Italien nach Ägypten p. 97.* de viridi Nili accrescentis colore & in ruborem transitione item commemorant, jare colligitur, Mosen aquæ fluminis, cuius inde a pueris probe sibi cognita eset natura & indoles, transmutationem imminentem potuisse prædicere. Illo tamen ipso momento, quo Nilum baculo feriit Aharon, rubefactas fuisse aquas Ägypti, haud facile quisquam, nisi baculo huicce vim quandam adjudicare velit effectricem, sibi persuadebit. Adeo autem mirificam vim baculo, quem Orientalium more gerebat Israëlitarum Dux, tribuere, & que ablonum eset, ac fabulas de admirandis virtutibus virgarum, *Minervæ* (senilem vultum & rugas cum flore Juventutis commutandi & contra, secundum HOM. Od. XIII: 429 seqq. XVI: 172 seqq.), *Mercurii* (sonnum excitandi vel depellendi [demulcendo sc.], eodem auctore Od. XXIV: 1-4. collat. V: 47, 48. II. XXIV: 543, 544. & VIRG. *Aen.* L. IV: 242-244.), *Bacchi* *ηγειχθονος* (flamas e terra eliciendi secundum Hymn. *Orphicum τριετης & εις περιποσον*), *Circes* (Homines in animalia transtorsandi, juxta Od. X: 238. seqq.), sagittæ *Abaridis* (videlicis JAMBЛИCHUM de vita Pythagora C. XIX. coll. XXVIII. It. BAYLE *Dicit. Hist. art. Abaris*), & id genus alia commenta, auribus admittere. Quin potius veram & genuinam rationem, cur aqua Nili (*Exod. VII: 20. VIII: 1-2.*) & Maris Rubri (*Exod. XIV: 16, 21.*), terra (*Exod. VIII: 13.*), & petra (*Exod. XVII: 6.*), percusa fistantur baculo, in superstitione seculi querendam esse, suphicamur. Testantur saltem plurima Veterum scripta, an-

menta & dubia; verum si oculo critico, sine partium studio, eadem examinare momentisque suis pondere volueris, fidem allatæ modo interpretationi minime derrogabunt. Sufficiat potiora tantum, quæ præeunte HARMAR fideliter collegit ÖDMANN (l), denuo revocare sub incudem. --- Observant itaque primo, transmutationem aquæ Niloticæ in Exodus commemoratam, tanto minus cum vulgari ejus metamorphosi confundendam esse, quod hæc quidem circa Mensem Junium, ut ex supra quoque dictis apparet, eveniat, illa autem insolito plane, ut putant,

annis

tiquas gentes, in prodigiosis facinoribus edendis, Magices exercitio, & Divinationibus, *virgarum* (quemadmodum nostri quoque præstigiares circumforanei, ope bailli, quem manu gestare solent, se suas præstigias edituros jactitant) usos fuisse ministerio; unde nec mirum, Prophetas Ægyptiorum, virgas manu gestas, proverbiumque illud *virgula Divina*, de rebus, quæ divinitus quasi accident, latiali satis tritum esse sermone (Cfr. HUE-TIUS *Quæst. Alnet.* L. II: C. XII. §. XI. ERASMI *proverbia Chil.* I. Cent. I. N. XCVII. *virgula Divina.* It. BAYLE l. c. not. B.). Israëlitas autem, cæterarum nationum in superstitione duces, & hariolationi olim æque ac hodie Arabes, deditos (cfr. *Levit.* XX: 27 &c. & SHAW l. c. T. I. p. 396 seqq., ab hac eadem religione immunes statuere, eo minus conveniens, quo certius sit, *Hoseam* C. IV: 12. της ἐαβδομάτειας eosdem increpare.

<sup>l)</sup> Cfr. FABER l. c. p. 319. seqq. & ÖDMANN l. c. p. 122. seqq.

anni tempore, hiemali scilicet (*m*), acciderit. At quamvis labenter fateamur, importunam, qua Ægyptus ultima vice vexata fuit, cladem, secundum textum Mosaicum *Exod. XII.*, die XIV:a Mensis Judæorum septimi, vel ut postea in rebus sacris computatum primi, nostro fere Aprili respondentis (*n*), illatam fuisse; primamque ideo, de qua jam quæritur, plagam, respectu ad textum *Exod. IX: 31*. habito, vix ac ne vix quidem *serius* antecedente Februario ex nostra anni ratione potuisse irrumpere; frustra tamen ex *his* concluditur præmissis, *omnes* plagas intra unum aut alterum mensem, Ægyptum invasisse (*o*). Quin potius *ex* infra dicendis & ipso, quo plagæ istæ

*m)* Mensem Februarium ponit ROSENmüLLER l. c.; ÖDMANN vero (l. c. in Apendice P. I. p. 18.) Novembrem aut Decembrem.

*n)* Cfr. ROSENmüLLER ad *Exod. XII: 2*.

*o)* Intra unicum mensem *omnes* plagas peractas fuisse contendit USSERIUS (*Annal. V. T. æt. mundi III:* p. 20, 21.), eandemque computationem tuentur BOCHHART cæt. Rechte tamen observat ÖDMANN l. c., plagam ordine septimam (*Exod. IX: 18 seqq.*) mense Februario (quod & nos infra demonstrabimus) coortam fuisse, ideoque commutacionem aquæ in sanguinem, utpote longe antegressam, ante Februarium accidisse. Quod vero in *Append. p. 18.* primam hanc plagam mense Novembribus vel Decembribus irruisse statuit, in eo quidem suo permultum indulsisse videtur arbitrio.

1706

Id infringendam Belobni Prosenus & Draci sententiam, qui rematu  
tempore extraordinariam ut ita dicam ~~est~~ Metamorphosin Kiloticam  
accidisse putant, In Clasme De Auctor, quoniam non illis sed per  
internalla ingensse plagaegypti, & ita ut non tempore remata  
sed multo jam ante accidisset nili metam. Utique vero sit  
haec conjectura, nullo tamen modo firmata sed videtur ea exco  
quod vertit H

~~L'acqua non solo temporis, sed etiam noctis non~~ ~~est aqua ut pura~~  
~~tatur, ut purificare mundum, et~~  
~~Maupique vero fit conjectura lagas Egypti non illis sed per inter-~~  
~~valia ingredi; nullusque ratione modo permane putaverim sententiam~~  
~~Hec prope, quod hiemati tempore magi Egypti serpentes procto non habe-~~  
~~re potuerint. Simus semper in Aegypto nunquam tantam frigoris esse~~  
~~vix, ut quosunque tempore serpentes captari a Prostigatibus~~  
~~non possint. Utterius feo credibile videtur ~~Serpentes~~ incantatores~~  
~~semper serpentes domi trahunt; cum enim potuerint subest~~  
~~serpentes rigidos esse & levuli pressum tenere (pl. 6. n. a); quid-~~  
~~impedit quomodo etiam <sup>comitatu</sup> domi haberint suis serpentes. Quo-~~  
~~rum semper prorsi essent ad prostigias atem evener-~~  
~~dam.~~

~~Hoc quoque tempore huiusmodi~~  
~~Tantum quidem absit, monstrosum vides ranae, caligae, amphibia,~~  
~~etc. hiemati prodicte tempore, ut maxime etiam veneficiale omnia~~  
~~hacce infecta noxia non nisi tum tempore ex istore potuerint. Non~~  
~~enim antea geram mensa Octobr. aut Nov. (pl. 1. n. g.) intra solitay~~  
~~ripias post recipiast iam ante dictum est. Omnes vero facinus,~~  
~~qui exstant inundatione <sup>Rili</sup> omnia infecta noxia manere, po-~~  
~~dererunt igitur ranae eis in mensa Dec. & forte serpentes, ut prius~~  
~~vel prius inundare coepissent, fluviusque <sup>non solum</sup> ostium etiam inundationem adiungit.~~  
~~Unde sequitur eorum sententiam <sup>qui hinc ostium etiam inundationem adiungit</sup> ea esse ~~opposita~~ quod haec~~  
~~tempore negare profecto habent serpentes, neq; vivere potuerint~~  
~~ranae & ab infecta etc.~~

istae in Exodo commemorantur hodieque in Ægypto oriuntur, ordine conjicere licet, easdem non illico, sed per intervalla, inde a mense Maji præcedentis anni ut Judaicorum Interpretum & JAC. CAPELLI (*p*) fert opinio, ingruisse. Quæ quidem eo magis arriet conjectura, quod tum quoque, quomodo Magi Ægyptiorum, cum primum Aharonis coram Pharaone experimentum imitarentur, serpentes præsto babuerint, facilius, quam si hiemali tempore cuncta accidissent, reddi poterit ratio; testantur enim MAILLET (*q*) & HASSELQUIST (*r*), serpentes, quibus Ægyptum scattere supra observavimus, nonnisi terra absolute arida s. tempore antequam terram inundet Nilus, e latibus suis montanis descendere, illoque intervallo, serpentum incantatores sua frequenter exercere præstiglia. Accedit, nihil cogitari posse monstrosum, quam ranas, culices & muscas, quibus post primam plagam singulatim vexati fuerunt Ægyptii, tempore hiemali in lucem prodiisse brumalesque perferre potuisse injurias. --- Deinde objiciunt, transmutationem eujus in Exodo facta est mentio, non modo ad Nilum cum brachiis (*נהרות*), sed & canales (*יִרְאִים*), stagna (*אַגְמִים*) & paludes (*מִזְקָצֶת*), immo aquam in vastis lapideis & ligneis conservari solitam, h. e. ad o-

C

*mnes*

*p)* Hist. Sacra & Exot. ad annum mundi 2501.

*q)* 1. c. T. II. p. 151.

*r)* 1. c. p. 70-72.

mnes Ægypti aquas (*s*) sese extendisse; tempore autem, quo *vulgare* illud apparet phænomenon, nullam Nili cum canalibus cæterisque a se oriundis rivis & aquarum collectionibus (quia aggeres oppositi non nisi mense circiter Augusti (*t*) vulgo perrumpuntur) esse communionem. Ignoscant vero nobis, quod vetustatem aggerum illorum adeo annosam, ut Mosaica attigerint tempora, maxime habeamus suspectam. Cum enim Peregrinatorum testimoniis certum sit & comprobatum, Ægypti campestria, terræ pulverulentæ, quam durante inundatione secum dicit & sepnit fluvius, concretione quotannis elatiora fieri (*u*), jure omnino colligere nobis videmur, priseis temporibus, dum solum Ægyptiacum multo humilius sine dubio

*s*) Unde aquam limpidae acceperint Sapientes miraculum Mosis imitaturi, si *omnis* in Ægypto aqua virtute Mosis thaumaturgica transmutata fuerit, dura prima fronte videri poterit quæstio. Recte tamen respondet ÖDMANN l. c. p. 124., puteos ab Israëlitis effosos facultatem *τοις ιερογραμματευσι* sua instituendi experimenta obtulisse. Quoniam vero artificio miraculum Mosaicum imitati fuerint, non est ut anxie adeo cum multis inquiramus. Sufficit (quod neminem non agnitorum confidimus), eosdem nihil effecisse virtute quadam hyperphysica. Cfr. interim SHUFORD *Harmon. der Heil. und Profan-Scrib.*

*t*) Cfr. Auctores supra citatos ad finem not. *f*).

*u*) Cfr. FORSKÅL *Flora Æg. Arab.* p. XL. in primis SHAW l. c. p. 174 - 192. —

dubio erat ac hodie, maximaque aquam superfluam  
in valles & loca Ægypti dejecta deducendi urgeret  
necessitas, fluenta Nili uberius, quam ut aggerum  
ad inundationem terræ, quemadmodum hodie, pro-  
movendam opus habuerint incolæ adminiculo, effe-  
buisse. --- Mox autem opponunt, metamorphosi Mo-  
saica mortuos suisse fluminis pisces, aquamque ejus  
eo usque, ut bibere illam non potuerint Ægypti, fœ-  
tusse; vulgarem vero aquæ Niloticæ transmutatio-  
nen tales effectus minime producere. Confirmata  
vero jam conjectura maxime probabili, Canales Ni-  
li, antiquissimis temporibus, mox ab incrementi ini-  
tio, aquæ fluminis patuisse inundanti, oppositio illa  
haud facile quemquam sollicitet. Asleverant nempe  
Peregrinatores haud contemnendi (v), *Annem* sic di-  
ctum *Trajanum* (Canalem celeberrimum ex Nilo per  
urbem *Cairo* ductum), antequam viva Nili aqua im-  
mittitur, tæterrimum exhalare odorem, aquaque Nili  
exundantis immista fœtorem illum (licet gravior atque  
gravior fiat prout magis magisque stagnans currente  
tempore evaserit & exaruerit amnis) adhærescere. Ut-  
rum vero hodie quoque e piscibus mortuis, an potius  
ex aquæ stagnantis & sordium in canalem dejectarum  
putrefactione, an utrinque, fœtor ille derivandus, an-  
ceps est quæstio. Reticendum tamen non est, Nilum

C 2

hodie,

---

v) ALPINUS l. c. p. 25., LE BRUN l. c. p. 212., WANSLE-  
BEN l. c. p. 23. in primis vero THEVENOT l. c. P. I: L.  
II. C. XXII.

hodie, ut olim quoque, piscium esse ditissimum (*x*),  
 pescatumque haudquaquam sine emolumento in alveis  
 ejus, recentiori quoque ætate, exercuisse Ægyptios  
 (*y*), immo ne sic quidem videri paradoxon, si quis a-  
 quam graveolentem & turbidam, qualis saepe est Ni-  
 lotica, piscibus letiferam esse, tacentibus quamvis  
 Peregrinatoribus (*z*), præeunte FABER (*aa*) statue-  
 ret. Moriantur autem nec ne, perinde fuerit; sat est,  
 si foetorem Nili e piscibus mortuis natales suos duce-  
 re crediderit cana antiquitas. --- Tum quoque obser-  
 vant, saepius commemoratam Nili ab Aharone effe-  
 ctam metamorphosin per septem tantum dies conti-  
 nuasse, contra vero, vulgarem illam, testantibus PO-  
 COCKE (*bb*) & WANSLEBEN (*cc*), viginti minimum  
 dies

*x)* Cfr. *Num. XX*: *5.* *Jes. XIX*: *8.* HERODOTI *Euterpe*  
 Sect. I. 95. FABER l. c. p. 352. seqq. it. ÖDMANN l. c.  
 p. 117, 118. & in Append. p. 21.

*y)* Cfr. BENJAMIN TUDEL. *Riner.* p. 117.

*z)* Peregrinatorum in hac parte silentium minoris esse mo-  
 menti, recte in recensione operis saepius laudati Oedman-  
 niani monet illustr. MICHAËLIS, *Neue Oriental. Biblioth.*  
 P. III. p. 62. Observat tamen LUSIGNAN (*Gesch. der Em-  
 pör. des Ali Bey &c.* p. 12.), pestem Cayri, e piscibus  
 inundatione superata relictis putrefactisque oriri.

*aa)* l. c. p. 325.

*bb)* l. c. P. I. p. 311.

*cc)* *Neue Beschr.* l. c. p. 164.

Videtur contradicatio hec occurrere. Dicitur semper veri est finis, aquam —  
graves autem & turbidas pessib[us] est letiferam, & statim sequentibus certis  
factorem nili e pessib[us] mortuis nos ducere natales. Quomodo haec  
cohererent? Post uno, alterum non admetti est probat. Si enim ob  
graveolentem aqua indolem moriantur pessi, jam non ex mortuis  
pessib[us] certis est factor, quippe qui jam ante fuit est.



dies perdurare. Sed neque inde robur accedit Mosaico miraculo. Sciendum namque est, numerum certum apud Hebræos sœpissime pro *incerto* adhiberi, septenarium vero illum, utpote τελεσθόγον (dd) & insimino non tantum apud Hebræos, sed & alias illustriores gentes, honore habitum (ee), atque proinde quoque in ritibus mosaicis insignem (ff), innumeris Scripturæ sacrae locis indefinite occurrere (gg), quin & sub sacro hocce Iudaëis numero pœnas & mala saepius repræsentari (hh). --- Urgent denique, Mosen, virum omnium consensu prudentissimum, Pharaoni eventum, cuius in consuetis naturæ legibus jaceret fundamentum, vix ac ne vix quidem, nisi se deridendum propinare voluisset, in pignus Divinæ suæ legatio-

L

(dd) Cfr. PHILo JUD. *de mundi opificio* p. 24. Edit. MANGEY.

(ee) Cfr. Idem *de Abrahamo* p. 5. *de mundi opif.* p. 21. item de septenario & festis diebus passim.

(ff) Cfr. MARSHAM *Canon Chron.* p. 196.

(gg) Cfr. LIGHTFOOT *Hor. Hebr. & Talm.* ad Luc. VIII. 2. & GLASSII *Philol. S.* p. 1258. Edit. DATHE.

(hh) Cfr. HALLENBERG *Hist. anmärkn. öfver Uppenbar. Boken.* T. I. p. 89. & passim ubi de numero septenario agit. — *Pericula quoque vite fortunarumque hominum, quæ Clima-  
deras Chaldaei appellant, gravissima quoque Septenariis fieri affirmat VARRO* ap. GELLUM Noct. Att. L. III. C. X. Cfr. PHILo *de mundi opif.* p. 18. CLEM. ALEX. Strom. I. VI. p. 625. & MACROBIUS *in somn. Scipionis* L. I. C. VL

gationis *potuisse* minari. Redeuntes vero in memoria, calamitates & pernicioſa quævis naturæ phænomena, a Deo immediate puniente derivasse pietatem antiquorum populorum, inprimis Israëliticam (cujus rei innumera in V. T. exempla): Mosen, Pharaonis mentem ad ea, quæ vitio naturæ futura sciret, mala advertendo, Divinorum consiliorum *haud imprudentem* egisse interpretem, jure postulamus. Contra autem, si verum patravit Moses miraculum, num Pharaonem adeo stupidum, vel potius mente captum, ut ad ea, quæ facta erant, minime attendens, refractorio erga Israëlitas animo scenam relinquere *potuerit* maxime mirabilem (vid. Exod. VII: 22, 23.), cum specie quadam veritatis declarabimus?

